

Pius II. an Hz. Ludwig von Bayern. Er fordert ihn u.a. zur Beachtung der gegen Hz. Sigismund verhängten Sanktionen auf und beglaubigt <Thomas> Pirckheimer als seinen Gesandten. Er übersendet ihm Abschriften der gegen Hz. Sigismund erlassenen Bullen.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 175f.¹⁾

Erw.: Scharpf, Cardinal und Bischof I 326f.; Jäger, Streit II 144; Gismann, Beziehungen 117; Meuthen, Wittelsbacher 109 Anm. 122; Strack, Thomas Pirckheimer 137f.

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Adventus dilecti filii Thome Pircheimer, referendarii et notarii nostri, oratoris nobilitatis tue, ad nos fuit nobis periocundus. *Dieser habe die Gründe geschildert, die den Herzog zum Krieg bewogen haben.²⁾ Der Herzog habe dem Friedensaufruf des Papstes zugestimmt. Der Frieden unter den deutschen Fürsten sei unbedingt notwendig, um den Türkenkrieg zu führen. Pirckheimer werde die*
 5 *Position des Papstes ausführlicher schildern.*

Ceterum, quia nonnulla etiam nobis tetigit orator tuus de impio Sigismundo ex principibus Austrie, cuius detestandus sacrilegium et inauditam vecordiam superioribus mensibus in personam dilecti filii nostri N. tituli sancti petri ad vincula sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et episcopi Brixinensis sui turpissime et preter omnem rationem ac etiam rationis colorem perpetrata certissimi sumus te
 10 exhor(r)uisse et dampnasse, de hac parte etiam tibi oretenus ad plenum respondenda eidem Thome commisimus, exhortantes tuam nobilitatem et in domino commonentes, ne te qualiacumque dicti Sigismundi vel scripta vel verba aut verius mandata colorata fictaque commoveant, lateat enim ac scribit multa circumdative ab omni modestia et veritate aliena. Nec mirum, nam cum huiusmodi sit, aliter facere aut loqui non potest, et qui in sedem apostolicam et totum Cristiane religionis corpus et inclitum presertim
 15 splendorem Almanice nationis in persona cardinalis et tanti viri tam sancti ac famosi in omni genere probitatis et doctrine prospectissimi tali tempore et die nulla causa nullaque honestate non erubuit contra premissa et scripta sua, contra ius et divinum et humanum tam abhominabile flagitium perpetrare et cum turpissimo ac infami imprimis sacrilegio bona ecclesiastica in rapinam et predam cum facinorosis latronibus avarissime vertere, quid dubitabit vel scribere vel fingere vel mentiri.

Tamen, ut sciat nobilitas tua nos in nostra clemencia fundatos nostri filios semper in pietate colenda esse velle et misericordiam in omnes paratos exercere, qui possint digne penitere, ita quod iusticie iura inviolata conserventur, ipsi tuo oratori de hac etiam parte respondivimus neccessaria dedimusque
 20 oportunas quasdam nostrarum publicatarum litterarum copias ad tuam etiam nobilitatem deferendas³⁾, ex quibus omnibus de rebus ad hoc ipsum spectantibus plene valeas edoceri. Quarum quidem litterarum
 25 seriem tuam nobilitatem in domino confidimus integre servaturam et nos esse laudaturam, quod sacratissimos canones contra cardinalium personas sacrilege violatores sancto spiritu ducente compositos magna tamen cum moderacione et mansuetudine ac etiam dilacione, si forte ad cor resipiscendo reddere potuissent, contra fervore cervicis et obdurati cordis impios homines tandem declaravimus et exinde firmissime statuimus et volumus inviolabiliter observari, quemadmodum predictus orator tuus circa hanc ipsam rem
 30 a nobis accepta diffusius explicabit. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xviii octobris m cccc lx pontificatus nostri anno tercius.

¹⁾ Über dem Text: Copia brevis ad ducem Ludovicum Bavarie. Missum per Pircheimer xxvii octobris. In der Hs. folgen auf p. 176f. drei Beglaubigungsschreiben für Thomas Pirckheimer vom gleichen Tag an den Salzburger Eb. Sigismund von Volkersdorf, den Eichstätter B. Johann von Eyck und den Pfalzgrafen Friedrich den Siegreichen. In ihnen werden die Adressaten allgemein zur Verteidigung des christlichen Glaubens aufgerufen. NvK wird nicht erwähnt. Vgl. Strack, Thomas Pirckheimer 138.

²⁾ Zum Krieg Hz. Ludwigs gegen Albrecht Achilles (Großer Fürstenkrieg) und dessen Verbündete s. zuletzt oben Nr. 6095.

³⁾ S.o. Nr. 6281f., 6305, 6371.